1396

simplicibus vel triplicatis evasionibus, suspensionibus et fata-
liis Juris, proscriptione Sen̄i, bello, conventionesq; vel alijs
quibusvis Juris remedijs et defensis non subterfugiendo nec modo
alio quovis evadendo His suis presentibus personalibus Reco-
gnitionibus ad premissa omnia mediante.

Sabbatho post Dominicam Cantate proximo Anno Domini millesimo Sexcentesimo Septuagesimo Primo Rossodowski Woiakowskim coniugibus Roborat

2/V

603

Comparens personaliter Coram Officio et Actis presentibus
Castrensis Capitaneus Premisliensis Generosus Andreas
Rossudowski sanus mente et corpore existens a terris
Districtibus Juribus Jurisdictionibusq; suis quibusvis
propriis et competentibus recedendo presenti vero Ca-
strensi Capitaneus Premisliensis Jurisdictioni quo ad
actum presentem attinet secum Successoribus ac bonis suis
generaliter omnibus totaliter et plenarie incorporans
atq; subijciendo palam libere publice ac per expressum
recognovit Quia ipse se ac suos Successores in et
super Bonis suis generaliter omnibus [illegible] quibus
suis pecuniariis habitis et habendis inscribit et
obligat presentibus scriptum certum manuale per se Re-
cognoscens

cognoscentem in rem et manus Generosorum Georgij de Woiakowa Woiakowski et Catharinae de magna Ligowa Coniugum Ultimorum ratione certarum rerum et conditionum in eodem scripto manuali contentarum de actu et data ipsis hic Premisliae die prima Maij Anno Presenti confectum conscriptum manui sui Recognoscentis propria subscriptum et obsigillatum in omnibus et singulis eiusdem scripti manualis conclusionibus punctis clausulis articulis vadio ligamentis ac nexibus pro universis eisdem Generosis Georgio de Woiakowa Woiakowski et Catharinae de magna Ligowa Coniugibus Ultimis ipsisque posteris firmiter tenere complere exequi ac inviolabiliter observare omnibusque et singulis illius contentis tam in toto quam in quavis minima parte toties quoties opus fuerit satisfacere scriptum praefatum manuale ad Inscriptionem Pentem roboratoriam et Inscriptionem Pentem roboratoriam ad praedictum scriptum manuale vicissim in toto referendo Idque sub vadio summae Ducentorum Nonaginta unius florenorum polonorum per eundem Recognoscentem vel eius posteros suprascriptis Generosis Woiakowskim Coniugibus sive ipsis Successoribus ob non completionem contentorum scripti praefati manualis omnium et singulorum tam in toto quam in parte toties quoties opus fuerit ad solvendum succumbendo pro quo quidem vadio modo praemisso ad solvendum succumbentem ac pro re aliqua principali ex contentis scripti eiusdem manualis non completa completanda citatus enim memoratus Recognoscens Generosus Andreas Rossudowski sive eius Successores ad Instantiam praefatorum Generosorum Woia-

kowskim

1398

Kowskich Conuugum vel eorum posterorum ad Officium Pens Castrensis Capitanei Premysliensis extunc recessu supra scripto quo ad respondendum spectat mediante semper in primo citationis termino tanquam peremptorio stare Iuri parere respondere vadium praestitum luere Inscriptioni huic satisfacere ac omne iudicatum pati debebit et tenebitur seq ac suos successores ad eadem omnia inscribit et obligat Pens illum terminum primum peremptorium et alios omnes exinde consequentes causae eiusdem terminos semper peremptorios vera infirmitate pro maiori minorennitate successione legatione intra vel extra Regnum servitio militari ad munimenta ad euictorem vel alijs quibusuis dilationibus et legalibus impedimentis non differendo ad quietationem praerea vltra proximos Officij Pati Castrensis Capitanei Premisliensis terminos dilationem sibi non recipiens nullasq motiones appellationes ac earum prosecutiones faciendo ac praemissa omnia poenis simplicibus vel triplicatis euasionibus suspensionibus fatalijs Iuris praeceptione Terri bello conuentioneq ac alijs omnibus Iuris remedijs et defensis non subterfugiendo nec modo alio quouis euadendo Hac sua Pensi personali Recognitione ad praemissa omnia mediante

G. Orayski Pocillator Chelmen et Kowalski sese mutuo Quietant et vnus Statuet.

601 Comparens personaliter coram Officio et Actis Pensilibus Castrensis Capitanei Premisliensis Generosi Petrus a Goray Grayski Pocillator Chelmensis ab vna et Martinus Kowalski praeterea ab altera sani mentibus et corporibus existentes a terris districtibus Iuribus Iurisdictionibusq suis quibuscunq pro-

pris